

INDEX.

la, y Obispado de Cadiz, de las mercaderias que entran y salen, y del aver de peso y alcauala.

TITULUS XXIV. Del quaderno de las leyes, y condiciones que se han de guardar en el cobrar del almozarifazgo y alcaualas del Arzobis-

pado de Sevilla, y Obispado de Cadiz.

TITULUS XXVII. Del servicio y montazgo.

TITULUS XXXIII. Finalis hujus libri, de la moneda forera.

FINIS.



LIBER NONUS



LIBER NONUS

NOSTRÆ REGIÆ AC NOVÆ RECOPIATIONIS.

Ne videamur librum aliquem intactum, & sine commentatione titulorum practicabilium reliquisse, itidem librum hunc agredimur, in cujus commentationem parum immorabimur, cum in hac Gabellarum & Reddituum Regionum materia quotidie videamus integros libros in lucem prodire, & cum jam defessi simus in tam longa hujus Recopilationis declaratione. Continuarique potest liber iste ad precedentes hoc videlicet modo, quod cum in superioribus libris Rex noster ac Legislatores in defensionem personarum & bonorum subditorum suorum prospexerit mirum non est, si & circa ejus bona Redditus ac Tributa prospicere voluerit cum & nos ad idem teneamur, ut apparet ex tit. 17. p. 2.

Et sex primi tituli parum habent condimenti & ideo pro nunc circa eos nihil dicemus ut ad septimum titulum deveniamus, a quo incipit materia Gabellarum.

TITULUS SEPTIMUS.

De la orden Judicial en los negocios y pleytos de rentas reales.

IN LEGEM PRIMAM.

- Gabellarii quomodo agant & conveniantur, & an libris eorum detur fides.
- Civitati conducenti Gabellas an competat jus executivum sicut Regi.

SUMMARIUM.

Modus servandus in petendis Gabellis datur in presenti.

LEx hanc ordinem proponendi libellos in Gabellarum materia per Gabellarios, & citandi debitores earum proponit, & est lex salubris si servaretur, sed vereor ut illis, fortassis, quia *Azevedo* in Recopilationem. Tom. VI.

rei conventi de remedio ejus non opponunt: quod si opposuissent, servaretur utique legis nostræ dispositio, quia justa est, & oppressiones subditorum Regis vitare volens, & quomodo agant vel conveniantur Gabellarii & an libris eorum detur fides, vide latè per Bertha. *de Gabel. in 4. par. per totam & Cironda de Gabel. 4. par. in prin. num. 1. cum sequent.* & an civitati conducenti Gabellas vel colligenti competat jus executivum sicut Regi, vide *Claper. in centuria cap. 48.* ubi concludit quod sic, quoad bonorum distractionem, licet non quoad personarum coactionem.

Ibi, *O uno por todos ayan de poner y pongan las demandas*, in eis enim quæ utilia sunt fo-

A cio

2 Libro IX. Titulo VII. Ley II. y IV.

3 cio censetur socius habere mandatum + ut diximus in l. 1. num. 5. 6. & 7. tit. 16. lib. 5. supra. Ibi, Pero que los pueдан traer por testigos, specialis casus est ubi uxor contra maritum, & filius contra patrem + compelluntur esse testes, cum regulariter aliud sit, ut diximus in l. 6. tit. 6. num. 6. cum 5. sequent. lib. 4. supra ex l. 15. tit. 11. part. 3.

IN LEGEM SECUNDAM.

1 Nullus pro Gabella regioque redditu conveniendus est nisi in loco sue habitationis vel in capite jurisdictionis, & num. 2. 3. & 4. declaratur declaratio ad l. 11. tit. 9. lib. 3. infra num. 5.

SUMMARIUM.

Ubi & in quo loco debitor Gabella conveniri possit, declarat lex nostra.

1 Ex hac continet quatuor partes. Prima est in primo usque ibi, *Y si mas de tres leguas*, & ab iis verbis usque ad *vericulum*, *Y si oviere*, secunda pars, & ab illo *veric*. *Y si oviere*, ponitur tertia pars, usque ibi, *pero que pasado el año*, à quo usque ad finem quarta & ultima pars; In prima parte ponitur quedam conclusio cum limitatione hoc videlicet modo, nullus pro Gabella aut redditu Regio conveniendus est nisi in loco sue habitationis, vel in capite, ubi locus ille habitationis subiectus est in jurisdictione: dum tamen locus habitationis non distet amplius quam per tres leucas à dicto capite; In secunda vero parte apponitur alia conclusio declaratoria precedentis scilicet, quod si locus ille habitationis + rei conveniendi distat amplius tribus leucis à dicto capite jurisdictionis loci illius, si sit minoris vicinities quam centum vicinorum ibidem vel in loco propinquiori ejusdem jurisdictionis habente amplius quam centum vicinos, poterit conveniri quis pro debito Gabellæ aut alterius redditus Regii ubi conductor Gabellæ magis voluerit. In tertia vero parte apponitur alia conclusio, scilicet quod si conveniendus quis sit coram Regio executore + tunc servabitur forma legis super hoc disponentis, quam legem credo esse, l. 10. tit. 16. infra hoc lib. & hoc cum proceditur per viam executivam. In quarta vero parte apponitur alia conclusio supra dictorum limitativa, scilicet, quod transacto anno + omnes supra dicti, sive distent per tres leucas vel ultra à loco habitationis, sive non, sive habeant centum vicinos, vel non, possunt conveniri per conductorem in capite jurisdictionis dictorum locorum intra tempora ab aliis legibus constituta & leges sunt. 19. & 20. tit. 17. infra eod. & ita remanet dispositio nostri tex. satis clara qua aliis intricata videbatur.

2 Et secundum hæc declaratur. l. 11. tit. 9. lib. 3. supra, + disponens iudices pedaneos in suis locis esse competentes in causis Gabellarum: nam intelligitur secundum legis nostre dispositionem, ut ita demum id sit, si ibidem petatur per conductorem, vel peti omnino debeat per eum ibidem secundum quod in dictis conclusionibus dictum est, & in casibus, in quibus cognoscunt ii iudices rurales, iudex capituli ju-

isdictionis cui locus ille subest non poterit ab eis auferre has causas, & sibi retinere: sed debet eis remittere, & reus conventus poterit petere remissionem hæc, & si non fiat appellare in simul cum iudice loci illius, quibus appellantis in superioribus tribunalibus medebitur & jubebitur remissionem fieri ad iudices rurales, & sic vidi jam determinatum per supremum Consilium patrimonii Regis, item ex l. 16. tit. 33. infra isto lib. iudices rurales cognoscunt in locis suis de litibus monetæ foretæ.

IN LEGEM QUARTAM.

1 Lex nostra jam de stylo scribendi abrogatur quoridie.
2 Libelli committuntur tam pro actore, quam pro reo per se vel procuratores suos.

SUMMARIUM.

1 Perentibus collectoribus, vel conductoribus Gabellarum, ne procuratores pro reis admittantur, non sunt admittendi, nisi aliud iudici videatur: & in casu in quo procuratores non admittuntur, quid tunc est dicendum reus ipsi & quomodo procedendum sit declarat lex nostra.

2 Ibi, *Salvo si los jueces ovieren*. Verba hæc iustificat legis nostre dispositionem, aliter enim esset paribus & reus conventus defensionem, quæ nemini esset auferenda, ut in l. defensionis facultas, C. de jur. ff. lib. 10. qua est singularis in proposito, de qua per DD. maxime Horozco, in l. ut vim. vers. 21. ff. de iust. & jur. & sic iudices permittunt paribus conventis pro Gabella per se aut procuratores se defendere, nam si reus est rusticus & persona ignara litterarum & litium, cur est prohibendus mediante persona procuratoris in litibus versati se defendere? & itidem etiam si persona bene intellecta & litterarum ac litium versata, est tamen honorabilis, cur quæso debet compelli personaliter comparere, sed per procuratorem est audiendus? & sic rigor huius legis apud tribunalia iudicum explosus est, + neque servatur, & quilibet advocatus qui versutè vellet aliud defendere non audietur, & tanquam capitosus explodetur, & ejus allegationes super hoc rejiciuntur, & tandem sic lex nostra in fine ejus ita disponit.

Ibi, *Tanto que respondan por palabra y no por libello*, non visitatur; nam & libelli admittuntur quoridie tam pro reis se defendentibus, quam pro actoribus petentibus + etiam gabellaris ipsi reclamantibus, & de hac lege meminit Lafarte de decim. vend. cap. 18. num. 32. qui licet dicat legem nostram servari in praxi, intelligendus est non in omnibus sed in id tantum quod reus certioretur per Gabellarium de lege nostra, ut possit pro confesso haberi.

IN LEGEM QUINTAM.

1 Clausula brevier & summarie, & sine strepitu & figura iudicii quid sibi velint.
2 Debitorum Gabellarum an executive conveniri possint per carum exatores.

De la orden Judicial. Ley V. y VIII. 3

3 Compensatio an opponi possit exactioni Gabellarum.
4. Contumacia accusanda est ad incurvendum confessi penas.

SUMMARIUM.

In litibus Gabellarum & reddituum Regiorum breviter & summarie, & sine strepitu ac figura iudicii procedendum est sola facti veritate inspecta, neque libelli admittendi sunt; & qualiter & quo tempore sit contestatio facienda.

1 Ibi, *Breve y summarie*, de plano y sine strepitu y figura de juicio sabida solamente la verdad, + quid sibi velint hæc verba, vide per Bart. in extravag. ad reprimendum vers. de plano, & Ovolsi, l. ne quicquam. §. de plano. ff. de offic. proconf. & nos diximus in l. 3. tit. 13. lib. 4. supra, & in aliis locis ubi & asserimus quod licet ita procedendum sit, tamen etiam ad probandum concedendus, aliter enim veritas sciri non posset, non tamen poterunt debitorum Gabellarum + conveniri executive à collectoribus vel conductoribus earum, nisi interveniat confessio vel liquidum instrumentum, vel copia instrumenti venditionis data à Tabellione coram quo venditio fuit celebrata si de consuetudine per solam hanc copiam solet fieri executio, pro ut in hac civitate Placentie sit & utitur, ita Giranda de Gabell. 4. par. in princ. num. 7. & dicemus l. 6. tit. 10. infra eod. Sed an exactioni Gabellarum opponi possit compensatio alterius + debiti, vide, l. auferatur. §. debitoribus. ff. de jur. ff. & l. 3. C. de compensatio. tradit Jur. in Authen. de collatio. in princ. num. 3. Lafarte capit. 18. de decim. vend. num. 86.

Ibi, *Tno reciban la demanda del actor en las excepciones del demandado por escrito*. Hæc non uti in iudiciis diximus in l. precedenti.

Ibi, *Salvo que el escrivano asiente en su Registro cada un auto de todo el pleyto*. Verba hæc quoad acta provisiva per iudicem servantur, quoad tamen petitiones litigantium non servantur, sed unusquisque petit per petitionem, & per eam explanat suam intentionem, tum quia sic lites clarificantur, tum etiam quia si Tabelliones partium petitiones debent scribere, immortales fierent lites, & dum brevitati consuleretur in longius tempus lites protraherentur & ideo non utitur tenor legis nostre in iudiciis.

Ibi, *So pena de confesso*. Intellige si accusata sit contumacia + per actorem in tempore, non vero alias ut diximus in titulo, de la contestacion de las demandas, supra lib. 4. ubi & notavimus has confessi penas non multum attendi in iudicio.

IN LEGEM OCTAVAM.

1 Juramento a parte parti delato lis remanet decisiva.
2 Juramentum hoc necessarium ab actore reo relatum tenetur reus subire etiam si nulla ad sit probatio, vel sit in principio litis.
3 Juramentum de calumnia etiam in principio litis tenetur reus facere in materia Gabellarum, & num. 4.

Azevedo in Recopilationem. Tom. VI.

SUMMARIUM.

Qualiter condemnandus est reus cum ei delato juramento consistit, & qualiter cum actor probat testibus suam intentionem.

1 Ibi, *Siendoles deferido por los arrendadores, lo de calumnia*. Ponderata disjunctivam illam d, qua disjungit verba & sententiam, ut sic hæc duo scias juramenta, scilicet decisoria litis vel de calumnia differre, nam cum per actorem litis decisorio defertur in juramento rei decisorio, tunc non amplius est + litigandum, sed lis remanet decisa cum juramento illo delato à parte parti. ut est textus in l. 1. C. de reb. cred. cujus verba sunt. Causa iure jurando ex confensu utriusque partis vel adversario inferente, delato & preiusto vel remisso decisorio, nec perjurii preiustu retractari potest, nisi specialiter hoc lege excipiatur; & ut ibi inquit gloss. mag. iudicandum hoc aliud est voluntarium, aliud iudiciale, aliud necessarium, ut ibi exemplificat, & declarat, & text. in l. 2. tit. 11. part. 3. & notandum est quod juramentum necessarium + quod datur à parte parti in iudicio, vocatur, juramento de premia, cogitur reus subire dum libi ab actore defertur, etiam si nulla ad sit probatio, vel sit in principio litis secundum Jaf. in repet. l. adnotandi, num. 73. de iure jurando, & Suarez in tituli de las juras n. 9. & Maranta in pract. tit. de interrogacione numero 1. cum sequente & decisorio nova Rotæ. 81. de sequent. pos. & Fruct. etiam si Abb. in c. fin. in princ. numero. 6. de iure jurando aliud velit, & male, nam contraria est verior & aequior, & usu approbata secundum Suarez ubi supra, & communior secundum Jaf. dicit. num. 73. & ex dict. l. part. cõmprobata, & ex nostra lege in presenti clarissime probatur, maxime ex verbis istis, dentro de tercero juramento versic. pero es nuestra merced juramentum vero de calumnia, de quo etiam loquitur nosster tex. potest etiam compelli reus facere + in princ. litis ex lege nostra & ex lege 23. & 24. tit. 11. part. 3. & text. in l. fin. §. si C. de iure jurando propter calum. dam. non tamen dirimit litem si negat, & sic quamvis dubitatum sit, prout nos alibi diximus in lib. 4. supra an juramento possit lis inchoare, tamen in iis causis Gabellarum potest optime + & sine dubio incipi à juramento etiam de calumnia, ut ex tex. nostro probatur ut vides.

Ibi, *Si ante que sean traydos a juicio lo confesaren*, vide quæ dicemus in l. 31. tit. 19. infra isto lib. in glos. 1.

Ibi, *Con mas la mitad*, requiritur tamen super hoc sententia declaratoria condemnationis dupli ut in proposito inquit Castillo in l. 704. Tauri num. 44. fol. 250.

IN LEGEM NONAM.

1 Executor in materia Gabellarum mittendus, ad debeat esse dives, planus & cognitus.

SUMMARIUM.

Judex executor in casu necessario missus per

A ij calcul.

calculatores majores Regis quas qualitates habere debent.

Ibi, Mandamos, similis. l. 8. tit. 3. supra. isto lib. ubi subscriptio marginalis se refert ac remittit ad hanc nostram legem quasi ejus tenor sit servandus. & attendendus, & non dicti l. 8.

Ibi, Que el tal jeez, sea hombre conosco yllario, in antiqua contextura addebat, que tenga hacienda en bienes rayzes a lo menos treynta mil maravedis, & per. l. 10. tit. 17. li. 5. supra dicebat quod executores mittendi sint homines divites & cogniti, ibi rivos y conosidos, quomodo ergo lex nostra solum requirit quod sint cogniti & plani, excludit divitias, & poterit mitti executor pauper? Et dicendum est quod lex nostra arbitrio mittentium reliquit an mittendus executor sit necesse ut sit dives vel non, & quia nullum mittent, qui non habeat plura alia bona & majoris valoris quam contextura antiqua nostrae legis requirebat, sic circa divitias iudices arbitrabunt, requirantur nec ne, pro adimplemento executionis ad quam executores mittunt in casibus in quibus mittendi sunt, neque hanc divitiarum qualitatem lex nostra excludit, & utinam omnes executores & iudices providendi essent divites: fortassis enim melius justitiam ministrarent.

De lege. 10. vide similem ubi diximus l. 6. tit. 1. lib. 4. supra.
De lege. 12. vide quae diximus in l. 9. tit. 5. lib. 3. supra.

IN LEGEM DECIMAM-QUARTAM ET DECIMAM-QUINTAM.

- 1 Thesaurarii ac Gabellarum conductores non solventes creditoribus delegatis debita delegata in quo condemnantur.
- 2 Gabellarum contra debitores Gabellarum an competat remedium executivum, & quid contra testes approbatores, num. 3.
- 4 Testes approbatores ut teneantur an requiratur quod debitores approbati tempore solutionis sint non salvendo, vel idonei.
- 5 Debitor Gabellarum etiam si praestet Fidei-jussores de saneamiento in vim executiva in carcere debet assistere, & num. 6. idem in quocumque fisci debitore dicitur.
- 7 Debitores etiam fisci gaudent immunitate Ecclesiae.
- 8 Haeres debitoris fisci incarcervatur si inventarium non fecit, nisi ut num. 9. bona occultaverit.
- 10 Lex 4. tit. 2. lib. 6. & an procedat in alio casu, quam in quo loquitur.
- 11 Nobilis invitatus non tenetur suscipere collectivam Gabellarum etiam si ad hoc a populo eligatur.
- 12 Mulier pro tributo Regio incarcervari non potest, etiam si sit haeres conductoris nisi occultaverit bona, n. 13.

SUMMARIUM.

Executio est facienda contra thesaurarios & receptores & conductores Regiarum Gabellarum virtute liberationum ac delegationum in eis factarum, absque obstaculo exceptionum aliarumque solutionis aut liberationis vel vis factae, per instrumenta publica demonstratarum usque ad novem dies & sic sine dilatione.

Ibi, Hagan entrega y execucion. En bienes de los dichos thesoreros retandadores, y arrendadores se quanto disponen las nuestras leyes. Ut in l. 10. tit. 16. infra isto lib. & ibi dixi, & in l. 11. apponitur forma requirendi debitorem, ut sic requisitus si non solvit solvat pro uno quoque die centum marapetinos & insuper expensas duplicatas juramento partis ut probatur ex dict. l. 11. & ex. l. 21. eod. tit. 16. infra hoc lib. iudexque negligens in executione supra dictorum punitur in amissione officii, & mille marapetinis cameræ applicatis, & in aliis mille parti laesa solvendis, & insuper ex dict. l. 21. tit. 16. infra isto lib. punitur talis iudex in solutione expensarum duplicatarum juramento ipsius partis liquidandam, & cum dictae leges sint insertae in hac recopilacione neque in marginalibus earum subscriptionibus sit aliquid dictum, una alterius est augmentativa pematum, non vero correctoria, sed quot iudices essent sine officio, si ita excutaretur, dici non potest. Sed an Gabellarum competat contra debitores Gabellarum executivum remedium, & late examinat Gironda de Gabel. 4. part. in princ. num. 3. cum sequent. ubi inquit in num. 7. non concedi regulariter nisi ad sit confessio vel liquidum instrumentum, & quid in testibus approbatorum, & Girond. ibi. 3. part. num. 32. cum sequent. & vide de eis Rebut. 1. tom. consil. Franc. tit. de sent. execut. glof. 16. num. 37. & dixi in l. 13. tit. 9. lib. 3. supra & Gutierrez lib. 1. pract. quest. 132. num. 9. & Belluga, in speculo princ. rub. 31. §. quavis num. 20. & an sit necesse quod tempore solutionis & sit idonei, Gironda dict. 3. part. numero 34. cum sequent. inquit quod sic.

Ibi, Quo sus cueros est en presos, hic specialis casus est, in quo debitor executatus etiam si praestet cautionem & Fidei-jussorem bonorum incarcervandus est & detinendus in carcere & interim quod bona vendantur, neque relaxandi sunt etiam sub Fidei-jussoribus ulque dum debita solverint, & est similis in l. 10. tit. 16. infra eodi que ad hoc considerat Lafarte de decim. vend. cap. 18. num. 17. ubi inquit id non esse speciale in debitore Gabellarum, sed generalis est dispositio in quocumque & fisci debitore, sed generalis est dispositio in quocumque & fisci debitore, ex text. in l. sacrilegii capite. §. si ibi, corpus retinendo ff. de leg. Juliam pecula. l. quoniam nonnulli. ff. de appell. l. fin. ff. de leg. comm. l. Paulo Calimacho §. fin. de leg. 3. l. missi opinatores. C. de exactoribus trib. lib. 10. & est singulare privilegium fisci secundum Bal. Conf. 90. volu. 5. & ita consuetudo observat quod contra debitores fisci pro eorum debito liquido proceditur ad capturam personae & ad tenentam bonorum l. nemo carcerem. C. de exactoribus trib. lib. 10.

10 Hypotheca testibus probari potest.

SUMMARIUM.

Bona reperta per conductores Gabellarum vendenda sunt pro solutione debitorum Regi, & nullus in contrarium audiendus nisi ille qui per scripturas publicas demonstraverit bona illa a conductore ipsius esse conducta, vel locacione data ab illo, qui impedit solutionem.

Ibi, T que no sea cydo ni recebido contra ello embargo alguno que qualquier persona quiera poner en la vendida de los dichos bienes. Dura lex est sed servanda ut dicitur de lege prospexit ff. & à quibus, nam si anteriores creditores existunt habentes pro debitis suis bona horum conductorum obligata nonne iniquum videtur si cum postea creditorem effectum praferri primis creditoribus, contra omnia jura & conclusiones assertas per DD. in loci ordinariis, C. & ff. qui pot. in pig. & per Covar. lib. 1. cap. 7. & Matienço l. 7. tit. 16. gl. 5. l. 5. supra ubi & nos in num. 3. & 4. diximus succincte. & revera durissima res videtur, sed altius considerandum, quod fiscus in bonis debitoris sui conductentis Gabellas suas venditis pro earum solutione praferatur creditoribus talis debitoris nisi expresse & probaverint bona illa sua esse fundari videtur ex dispositione. l. licet. C. qui po. in. in pig. hab. & similis. l. 30. tit. 11. part. 5. scilicet, in quod cum quis emit rem ex pecuniis meis, sibi ad illam emendam mutuat & specialiter pro solutione pecuniae mutuat res sua obligata est, tunc enim praferatur in re illa hic secundum prioribus creditoribus, sed fiscus & sic Rex in bonis sui debitoris tacitam habet hypothecam. ex. l. 1. C. si propter pub. pens. l. 1. C. in quibus cau. pign. vel hyp. tacit. com. l. 25. tit. 13. part. 5. praesumiturque & debitor esse ditatus ex bonis Regis & ea cum eis emisse, ergo mirum non est si venditionem bonorum talis debitoris conductoris talium reddituum regalium non possint impedire alii creditores etiam prioris dicti debitoris & quod in eis fiscus praferatur, & prout in proposito nostrae legis voluit omnibus praeferi Gironda de Gabel. 4. part. §. 1. num. 20. cum 4. sequent. sed an & tunc doti uxoris praferatur fiscus & dixi in dict. l. 7. tit. 19. lib. 3. supra sed quis iste intellectus nimis est divinitivus, & plura privilegia fisci praesupponit quae infirmul concurrere non possunt, ideo ego alium constituo & scilicet quod fiscus & sic Rex in bonis sui praefetur creditoribus anterioribus, scilicet qui non haberent expresse hypothecas bonorum praesentium & futurorum talis debitoris, etiam si tacitas haberent, sed non privilegatas, adiacus eis praferatur fiscus, sicut & tacita mulieris praefetur tacite priori alicujus privati ut inquit Covar. dict. cap. 7. num. 1. conclus. 2. fiscus enim & mulier pari passu ambulat, ut inquit text. in l. 2. C. de privileg. ff. Sed si anteriores creditores haberent expresse hypothecas praferentur tacite posteriori fisci, & etiam expresse, & sicut & expresse mulieris posteriori praefetur prior expresse cujuslibet personae ut per Covar. ubi supra conclus. 5. & consequenter creditores priores habentes expresse hypothecas in bonis debito-

10. ubi Angel. & Peregr. in tralla. de privileg. fisci. lib. 7. tit. 7. num. 3. cum sequent. idque aliqui ampliabant, non solum Gabellarum debitorem esse incarcervandum, verum ab Ecclesia extrahendum ut carceretur, generale enim est in Regis tributis ut eorum debitores Ecclesiarum immunitate non gaudeant, ex text. in subvent. de mandat. princ. §. publicorum collatio. 1. & ex l. 5. tit. 11. part. 5. Abrogatae tamen sunt leges haec ex dispositione juris canonici, & non sunt receptae in practica. nam & tributorum principis debitores gaudent & immunitate ecclesiastica secundum glof. 1. in dict. l. 5. & Lafarte ubi supra nu. 58. & Girond. de Gabel. 4. part. §. 1. num. 18. & diximus in l. 13. tit. 2. sup. li. 1. & nos referent tenet Humada in l. 2. tit. 11. part. 1. in glof. 2. nu. 2. secundum ampliatur nostra lex ut procedat non solum in principali debitore verum & in ejus haerede, qui quidem & incarcervari potest, si inventarium non fecit, & acceptavit hereditatem sine eo, secus vero si inventarium fecit, & cum eo acceptavit, tunc enim carcerari non poterit, ut inquit Lafarte ubi supra num. 59. & Peregr. ubi supra num. 10. & 11. & Mincha. de successio. creatio. §. 6. num. 49. de quo nos late egimus in l. fi. titu. 21. num. 86. cum. 3. sequent. supra lib. 4. nisi ut ibi num. 89. bona occultaverit & prout & in nobili ibidem diximus num. 70 & tenet Lafarte ubi supra nu. 61. & 62. idem dixit quando nobilis conductum Gabellam ut diximus in l. 4. tit. 2. lib. 6. supra. quae quidem lex ut ibi dixi num. 26. & 27. non procedit in alio casu quam in quo loquitur & ut & novissime tenet Gutierrez lib. 3. pract. q. 11. num. 103. & 104. & 105. ex quo inferet Lafarte dict. cap. 18. num. 61. nobile invitatum non tenetur suscipere collectivam Gabellarum etiam ad hoc a populo & eligatur, & bene: praedictum enim suae nobilitatis, & rognat ejus privilegii collectorem Gabellarum esse, ob idque ab illo excusatur cum plebeis sit id injungendum ex l. 10. tit. 12. infra hoc lib. sic & mulier, ut suo loco diximus, pro tributo Regio incarcervari non potest, si sit principalis, si vero in Fidei-jussor conveniatur, ut suo in loco diximus, in lib. 5. supra & sub tit. de las mugeres, & Lafarte dict. cap. 18. num. 60. & Mincha, ubi supra, num. 38. etiam si sit haeres conductor, & nisi occultaverit bona ut diximus in suo loco.

IN LEGEM DECIMAM-SEXTAM.

- 1 Fiscus praefetur creditoribus etiam anterioribus in bonis debitoris, nisi creditores probaverint bona esse sua & 4. declaratur cum sequent.
- 2 Debitor fisci praesumitur ditatus ex fisci bonis.
- 3 Doti an praferatur fiscus, & num. 6.
- 4 Hypotheca tacita pro dote an praferatur priori tacite non privilegiata.
- 5 Hypothecae expresse anteriores praesumunt posterioribus fisci debitis etiam expresse, & n. 6.
- 7 Fiscus ob delicta nullam habet tacitam hypothecam in bonis delinquentis, nisi ut ibi.
- 8 Alius nostris tex. intellectus ponitur in num. 8. sed expodiatur chartula confessionata inter creditorem, & debitorem suspecta praesumitur, n. 9. ubi ponitur nova declaratio ad text. verba. Azevedo in Recopilacionem. Tom. VI.